

summam facta est fames valida in religione illa, & ipse cepit egere. 15. Et abiit & adhaesit uni civium regionis illius, & misit illum in villam suam ut pasceret porcos. 16. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. 17. In se autem reversus dixit. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame perdo. 18. Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: pater peccavi in caelum & coram te: 19. Jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis. 20. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longè esset vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum ejus, & osculatus est eum. 21. Dixi tque ei filius: Pater peccavi in caelum & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus. 22. Dixit autem pater ad servos suos: cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum ejus, & calceamenta in pedes ejus: 23. Et adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus & epulemur. 24. Quia hic filius meus mortuus erat & revixit, perierat & inventus est. Et ceperunt epulari. 25. Erat autem filius ejus senior in agro, & cum veniret & appropinquaret domui, audivit symphoniam, & chorum: 26. Et vocavit unum de servis, & interrogavit quid hæc essent. 27. Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia salvum illum recepit. 28. Indignatus est autem, & noluit introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illum. 29. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis servio tibi: & nunquam mandatum tuum præcepi, & nunquam dedisti mihi hædum ut cum amicis meis epularer. 30. Sed postquam filius tuus hic, qui devoravit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. 31. At ipse dixit illi: Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. 32. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit, perierat, & inventus est.



ARGUMENTUM cum Remissionibus.

Calumniantibus Pharisæis, quòd Christus peccatores recipit, tribus parabolis explicat quàm laudabile, gratum, ac jucundum sit deo, & Angelis peccatores convertere, & hoc jam latissimè explicavi.

Primò, Vers. 4. Proponitur prima para-



CAPUT XVI


DICEBAT autem, & ad discipulos suos: Homo quidam erat dives qui hebebat villicum: & hic, diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. 2. Et vocavit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris villicare. 3. Ait autem villicus intra se: quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco. 4. Scio quid faciam: ut cum amarus fuero à villicatione recipiant me in domo suas. 5. Convocatis itaque singulis debitoribus Domini sui, dicebat primo: quantum debes Domino meo? 6. At ille dixit centum cados olei. Dixitque illi: accipe cautionem tuam, & sede, cito scribe quinquaginta. 7. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes, qui ait: centum coros tritici: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. 8. Et laudavit Deus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset, quia filij hujus sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. 9. Et ego vobis dico, facite vobis ami-

bola ovis perditæ, & inventæ, de qua tractavi tom. 4. c. 16.

Secundò, Vers. 8. Agitur de drachma amissa, & inventa, ob quam mulier convocat amicas: jam explicavi eodem cap. 16.

Tertiò, Vers. 11. Filius prodigus in longinquum discedit à patre, poenitentia tamen ductus, revertitur & benigno amore à Patre recipitur: de quo dixi tom. 4. c. 17.

cos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. 10. Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est, & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est. 11. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est, quis dabit vobis? 12. & si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est, quis dabit vobis? 13. Nemo servus potest duobus Dominis servire: aut enim unum odiet, & alterum diliget: aut uni adhaerebit, & alterum contemnet: non potestis Deo servire, & mammonæ. 14. Audiedant autem omnia hæc Pharisæi qui erant avari: & deridebant illum. 15. Et ait illis: Vos estis qui justificatis vos coram hominibus: Deus autem novit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. 16. Lex & Prophetæ, usque ad Joannem ex eo regnum Dei Evangelizatur, & omnis in illud vim facit. 17. Facilius est caelum & terram præterire, quàm de lege unum apicem cadere. 18. Omnis qui dimittit uxorem suam & alteram ducit, mæchatur: Et qui dimissam à viro ducit, mæchatur. 19. Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura & bysso: Et epulabatur quotidie splendide. 20. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus. 21. Cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa divitis: sed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus. 22. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem & dives: & sepultus est in inferno. 23. Elevans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu ejus. 24. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. 25. Et dixit illi Abraham: Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. 26. Et in his omnibus, inter nos, & vos Chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. 27. Et ait: Rogo ergo te, Pater, ut mittas eum in domum patris mei. 28. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. 29. Et ait illi Abraham. Habent Moysen & Prophetas: audiant illos. 30. At ille dixit. Non, Pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. 31. Ait autem illi, si Moysen, & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.



ARGUMENTUM cum Remissionibus.

Primò, Vers. 1. Exhortatur Christus suos discipulos ad studium beneficentiæ, proposita parabola de villico iniquitatis; Quam explicavi tom. 4. c. 18.

Secundò, Vers. 13. Docet Christus, quòd

nemo potest duobus Dominis servire, Deo, & mammonæ; De quo tractavi tom. 1. c. 17. & supra Math. 6.

Tertiò, Vers. 18. Docet quòd uxor non sit dimittenda. Jam expendi supra, Math. 19.

Quartò, Vers. 19. Proponitur parabola de Divite epulone cum purpura, & bysso, de qua egi tom 4. c. 19.



CAPUT XVII.

ET ad discipulos impossibile est ut non veniant scandala: vix autem illi qui r quem veniunt. 2. Utilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum ejus, & projiciatur in mare, quàm ut scandalizet unum de pusillis istis. 3. Attendite vobis: Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum, & si poenitentiam egerit, dimitte illi. 4. Et si septies in die peccaverit in te: & septies in die conversus fuerit ad te, dicens: Poenitet me, dimitte illi. 5. Et dixerunt Apostoli Domino, adauge nobis fidem. 6. Dixit autem Dominus. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moto: Eradicata & transplantare in mare & obediet vobis. 7. Quis autem vestrum habent servum arantem aut pascentem, qui regresso